

PROPRIO DE LA MISA  
DOMINGO DE QUINCUGÉSIMA

INTROITO SALMO 30:3-4

ESTO mihi in Deum protectorem, et in locum refugii, ut salvum me facias: quoniam firmamentum meum et refugium meum es tu: et propter nomen tuum dux mihi eris, et enutries me. Ps. 30. 2. In te, Domine, speravi, non confundar in aeternum: in justitia tua libera me et eripe me. V. Gloria Patri.

SÉ para mí un Dios protector y un lugar de refugio, para salvarme: porque Tú eres mi fortaleza y mi auxilio: y por tu nombre serás mi guía y me sostendrás. Salmo. En Ti, Señor, esperé, no quede yo confundido para siempre; líbrame por tu justicia, y sálvame. Gloria al Padre.

COLECTA

PRECES nostras, quæsumus, Domine, clementer exaudi: atque a peccatorum vinculis absolutos, ab omni nos adversitate custodi. Per Dominum.

TE rogamos, Señor, escuches clemente nuestras súplicas; y libres de los vínculos de los pecados, defiéndenos de toda adversidad. Por nuestro Señor

EPÍSTOLA 1 CORINTIOS 13:1-13

FRATRES: Si linguis hominum loquar, et Angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cæcembalum tinniens. Et si habuero prophetiam, et noverim mysteria omnia et omnem scientiam: et si habuero omnem fidem ita ut montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Caritas patiens est, benigna est: caritas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Caritas numquam excidit: sive prophetiæ evacuabuntur, sive linguæ cessabunt, sive scientia destruatur. Ex parte enim cognovimus, et ex parte prophetavimus. Cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est. Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus. Quando autem factus sum vir, evacuavi quæ erant parvuli. Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum. Nunc autem manent fides, spes, caritas, tria hæc: major autem horum est caritas.

HERMANOS: Si yo hablase todas las lenguas de los hombres y de los Angeles, y no tuviese caridad, sería como metal que suena, o campana que retiñe. Y si tuviese el don de profecía y penetrase los misterios, y poseyese todas las ciencias: y si tuviese toda la fe hasta poder trasladar los montes de una parte a otra, y con todo no tuviese caridad, nada sería. Y si distribuyese todos mis bienes para dar de comer a los pobres y entregase mi cuerpo a las llamas, no teniendo caridad, nada me aprovecharía. La caridad es paciente, es benigna. La caridad no es envidiosa, no obra inconsideradamente, no se ensorberce, no es ambiciosa, no busca sus provechos, no se irrita, no piensa mal, no le agrada la iniquidad, mas se complace en la verdad: todo lo sobrelleva, todo lo cree, todo lo espera, todo lo soporta. La caridad nunca fenece: aunque terminen las profecías, y cesen las lenguas, y se acabe la ciencia. Porque ahora es imperfecto el conocimiento e imperfecta la profecía. Mas cuando llegare lo que es perfecto, desaparecerá lo imperfecto. Cuando yo era niño, hablaba como niño, juzgaba como niño, discurría como niño. Mas cuando fui ya hombre, di de mano a las cosas de niño. Ahora vemos a Dios como en espejo bajo obscuras imágenes; mas entonces le veremos cara a cara. Ahora le conozco imperfectamente: mas entonces le conoceré como soy yo conocido por Dios. Ahora permanecen estas tres virtudes, la fe, la esperanza y la caridad; pero de las tres la mayor es la caridad.

GRADUAL SALMO 76:15-16

TU es Deus qui facis mirabilia solus: notam fecisti in gentibus virtutem tuam. V. Liberasti in brachio tuo populum tuum, filios Israël et Joseph.

TÚ solo eres el Dios que obras maravillas: hiciste conocer a las naciones tu poder. V. Libraste con tu brazo a tu pueblo, a los hijos de Jacob y de José.

## TRACTO SALMO 99:1-2

JUBILATE Deo, omnis terra: servíte Dómino in lætítia.  
V. Intráte in conspéctu ejus, in exsultatióne: scitóte quod Dóminus ipse est Deus. V. Ipse fecit nos, et non ipsi nos: nos autem pópulus ejus, et oves páscae ejus.

ACLAMAD a Dios, moradores de toda la tierra: servid al Señor con alegría. V. Venid a El con alborozo; sabed que este Señor es Dios. V. El nos hizo y no nosotros mismos; pueblo suyo somos y ovejas de su aprisco.

## EVANGELIO LUCAS 18:31-43

IN illo témpore: Assúmpsit Jesus duódecim, et ait illis: Ecce ascéndimus Jerosólymam, et consummabúntur ómnia, quæ scripta sunt per Prophétas de Filio hóminis. Tradétur enim géntibus, et illudétur, et flagellábitur, et conspuétur: et postquam flagelláverint, occídent eum, et tértia die resúrget. Et ipsi nihil horum intellexérunt, et erat verbum istud absconditum ab eis, et non intelligébant quæ dicebantur. Factum est autem, cum appropinquáret Jéricho, cæcus quidam sedébat secus viam, mendícans. Et cum audíret turbam prætereúntem, interrogábat quid hoc esset. Dixérunt autem ei, quod Jesus Nazaréus transíret. Et clamavit, dicens: Jesu, fili David, miserére mei. Et qui præibant, increpábant eum ut tacéret. Ipse vero multo magis clamábat: Fili David, miserére mei. Stans autem Jesus, jussit illum addúci ad se. Et cum appropinquássset, interrogávit illum, dicens: Quid tibi vis fáciam? At ille dixit: Dómine, ut vídeam. Et Jesus dixit illi: Réspice, fides tua te salvum fecit. Et conféstim vidit, et sequebátur illum magníficans Deum. Et omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo.

EN aquél tiempo: Tomó Jesús aparte a los doce Apóstoles y les dijo: Mirad que vamos a Jerusalén, y se cumplirá todo cuanto escribieron los profetas del hijo del hombre. Porque será entregado a los gentiles, y escarnecido y azotado y escupido. Y después que le hubieren azotado, le quitarán la vida y resucitará al tercer día. Mas ellos, no entendieron nada de esto, pues semejante lenguaje les era desconocido, y no entendían lo que les decía. Y aconteció que acercándose a Jericó, estaba un ciego sentado a la vera del camino, pidiendo limosna. Al oír el tropel de gente que pasaba, preguntó qué era aquello. Le dijeron que pasaba Jesús Nazareno. Y exclamó, diciendo: ¡Jesús, hijo de David, compadécete de mí! Los que iban delante le increpaban para que callase. Mas él gritaba mucho más: ¡Hijo de David, compadécete de mí! Jesús, parándose, mandó se le trajesen. Y cuando estuvo cerca, le preguntó, diciendo: ¿Qué quieres que te haga? Respondióle: Señor, que te vea. Y díjole Jesús: Ve; tu fe te ha salvado. Y al instante vió, y le seguía, glorificando a Dios. Y al ver esto, todo el pueblo alabó a Dios.

## OFERTORIO SALMO 118:12-13

BENEDÍCTUS es, Dómine, doce me justificatiónes tuas: in lábis meis pronuntiávi ómnia júdicia oris tui.

BENDITO eres, Señor: enséñame tus preceptos: con mis labios he pronunciado todos los oráculos de tu boca.

## SECRETA

HÆC hóstia, Dómine, quæsumus, emúndet nostra delicta: et ad sacrificium celebrándum, subditórum tibi córpora mentésque sanctíficet. Per Dóminum.

ROGÁMOSTE, Señor, que esta hostia limpie nuestros pecados: y santifique los cuerpos y almas de tus siervos, para celebrar debidamente este Sacrificio. Por nuestro Señor.

## PREFACIO DE LA SANTÍSIMA TRINIDAD

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: Qui cum unigenito Filio tuo, et Spiritu Sancto, unus es Deus, unus es Dominus: non in unius singularitate personæ, sed in unius Trinitate substantiæ. Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto, sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione veræ, sempiternæque Deitatis, et in personis proprietas, et in essentia unitas, et in majestate adoretur æqualitas. Quam laudant Angeli atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim: qui non cessant clamare quotidie, una voce dicentes:

EN VERDAD es digno y justo, equitativo y saludable, darte gracias en todo tiempo y lugar, Señor, santo Padre, omnipotente y eterno Dios, que con tu Hijo unigénito y con el Espíritu Santo, eres un solo Dios, eres un solo Señor: no en la individualidad de una sola persona, sino en la trinidad de una sola sustancia. Por lo cual, cuanto nos has revelado de tu gloria, lo creemos también de tu Hijo, y del Espíritu Santo, sin diferencia ni distinción. De suerte, que confesando una verdadera y eterna Divinidad, adoramos la propiedad en las personas, la unidad en la esencia, y la igualdad en la majestad, la cual alaban los Angeles y los Arcángeles, los Querubines y los Serafines, que no cesan de cantar a diario, diciendo a una voz:

COMUNIÓN SALMO 77:29-30

MANDUCAVERUNT, et saturati sunt nimis, et desiderium eorum attulit eis Dominus: non sunt fraudati a desiderio suo.

COMIERON hasta saciarse, y cumplió el Señor sus deseos: no quedaron frustrados sus anhelos.

POSCOMUNIÓN

QUÆSUMUS, omnipotens Deus, ut qui cœlestia alimenta percipimus, per hæc contra Omnia adversa muniámur. Per Dóminum.

TE rogamos, oh Dios omnipotente, que pues hemos recibido los Alimentos celestiales, por ellos seamos fortalecidos contra todas las adversidades. Por nuestro Señor.